



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;  
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ  
propositiones, & alia

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 3. Quisnam instituit hoc Sacmentum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40817**

*De Sacram. Extr. Vnct. Cap. I. 227*  
sanitati animæ utilis sit. Hanc definitionem  
sequentibus quæstionibus pleniùs explicabimus.

*Quæst. 3.* Quisnam instituit hoc Sacra-  
mentum?

*Resp.* Christus Dominus noster, qui & cæ-  
tera Sacraenta instituit: ut enim ait Conci-  
lium Tridentinum: *Instituta est autem Sacra Concil. Tri-  
hac Vnctio infirorum, tanquam verè &  
propriè Sacramentum novi Testamenti à Chris- dent. sess. 14.  
to Domino nostro, apud Marcum quidem De Sacram.  
insinutum, per Jacobum autem Apostolum ac Unct. cap. 1.  
Domini fratrem, fidelibus commendatum ac  
promulgatum: *Infirmatur*, inquit, quis in  
vobis inducat Presbyteros Ecclesiarum, & orent  
super eum, ungentes eum oleo in nomine Do-  
mini; & Oratio fidei salvabit infirmum, &  
alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit,  
dimittentur ei.*

*Quæst. 4.* Quænam est materia hujus Sa-  
cramenti?

*Resp.* Eam his verbis definit Concilium Tri-  
dentinum. *Intellexit enim Ecclesia materiam Conc. Tri.,  
esse oleum ab Episcopo benedictum: Nam ibid.,  
Vnctio aptissimè Spiritus-sancti gratiam, quā  
invisibiliter anima agrotantis inungitur, re-  
presentat.*

*Quæst. 5.* Specialis benedictio, quā uititur  
Ecclesia in hoc oleo infirorum, est-ne de  
necessitate hujus Sacramenti?

*Resp.* Videtur esse de necessitate; ita ut si  
Presbyter infirmum periculosè decubentem  
ungeret oleo, vel non consecrato, vel per  
alium, quam per Episcopum, nullum penitus  
esset Sacramentum: & ratio est, quia quando  
Concilium Tridentinum definit oleum ab  
Episcopo benedictum, esse materiam Sacra-  
menti Extremæ-Uncionis, videtur tantum  
voluisse loqui, de oleo benedicto in usum